Universitätsbibliothek Paderborn

Catechesis Pverilis

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1543

VD16 M 2628

Quid differt lex ab Euangelio?

urn:nbn:de:hbz:466:1-33561

Quid differt lex ab Euangelio?

MAXIME refert initio pios admoneri de diſcrimine harum appellationum. Nam confuſio offundit magnam caliginem euangelio. Eſt igitur lex doctrina, quæ docet quales eſſe nos oporteat, & quæ opera à nobis requirat Deus, & requirit perfectam obedientiam, & damnat eos, qui non obediunt. Sed Euangelij principalis & proprius locus eſt promiſsio, in qua gratis nobis propter Chriſtum donantur remiſsio peccatorum, imputatio iuſtitiæ, ſpiritus ſanctus & uita æterna. Et hanc promiſsionem oportet fide accipi. Sunt autem duplices promiſsiones in ſcripturis. Vt promiſsiones legales, Qui fecerit ea uiuet in eis. Item, Si uis ingredi in uitam, ſerua mandata. Tales ſunt conditionales, hoc eſt, habent conditionem impletæ legis. Sed promiſsio propria Euangelij eſt gratuita, hoc eſt, non habet conditionem legis, tanquam cauſſam beneficij, ſeu conditionem noſtræ dignitatis. Tametſi habet condi-

Lex quid

Duplices promiſsiones.

tionem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN